

Edward Szafrowski

Posoborowe prawodawstwo
kościelne : 70. Okólnik Kongregacji
dla spraw Duchowieństwa
skierowany do Przewodniczących
Konferencji Biskupich, a dotyczący
Rad Kapłańskich w świetle
wytycznych Kongregacji Plenarnej z
dnia 10 października 1969 roku

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 14/3-4, 249-260

1971

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

16) Ordinarius loci sanationem in radice matrimonii mixti concedere potest, impletis condicionibus, de quibus in nn. 4 et 5 harum normarum, et servatis ceteris de iure servandis.

17) In casu peculiaris difficultatis vel dubii quoad applicationem harum normarum, recurrendum est ad Sanctam Sedem.

Quaecumque a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus suosque integros effectus obtinere a die 1 mensis Octobris huius anni, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXXI mensis Martii MCLXX, Pontificatus Nostri septimo.

PAULUS PP. VI

16) Ordynariusz miejsca może sanować w związku małżeństwo mieszane, po wypełnieniu warunków, o których mowa w nn. 4 i 5 zawartych tu przepisów i z zachowaniem innych warunków wymaganych przez prawo.

17) W wypadku szczególnej trudności lub wątpliwości co do zastosowania obecnych norm, należy się odnieść do Stolicy Ap.

Co zostało zarządzone tym naszym pismem wydanym z własnej inicjatywy, to wszystko zatwierdzamy. Zawarte tu przepisy zaczęną w pełni obowiązywać od dnia 1 października b. r., bez względu na jakiegokolwiek przeciwnie zarządzenia.

Dan w Rzymie u św. Piotra, dnia 31 marca 1970 roku, w siódmym roku naszego Pontyfikatu.

PAP. PAWEŁ VI

70.

OKÓLNIK KONGREGACJI DLA SPRAW DUCHOWIEŃSTWA skierowany do Przewodniczących Konferencji Biskupich, a dotyczący Rad Kapłańskich w świetle wytycznych Kongregacji Plenarnej z dnia 10 października 1969 roku

LITTERAE CIRCULARES

ad Praesides Conferentiarum Episcopaliū de Consiliis Praesbyteralibus iuxta placita Congregationis Plenariae die 10 Octobris 1969 habitae (AAS 62(1970)459—465)

Proenium

1. Presbyteri sacra Ordinatione atque missione, quam ab Episcopis recipiunt, „promoventur ad inseruiendum Christo Magistro, Sacerdoti et Regi, cuius participant ministerium, quo Ecclesia in Populum Dei, Corpus Christi et Templum Spiritus Sancti, hic in terris, indesinenter aedificatur”.¹

Wstęp

1. Prezbiterzy przez święcenia i misję, otrzymaną od biskupów „zostają wyniesieni do służenia Chrystusowi Nauczycielowi, Kapłanowi i Królowi, uczestnicząc w Jego posłudze, dzięki której Kościół tutaj na ziemi rośnie nieustannie jako lud Boży, Ciało Chrystusa i świątynia Ducha Świę-

Cum igitur sacerdotale ministerium nonnisi in hierarchica totius Ecclesiae communione adimpleri possit,² „nullus presbyter seorsum ac veluti singillatim sum missionem satis adimplere valet, sed tantum viribus unitis cum aliis Presbyteris, sub ductu eorum, qui Ecclesiae praesunt”.³

Episcopi vero qui, recepta missione canonica, „ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi regunt”,⁴ ut munus suum portionem Populi Dei pascenti recte obire valeant, sibi assumant sacerdotes uti adiutores necessario,⁵ qui in exercendo ministerio ab Episcopis pendent cum quibus ipsi sacerdotali honore sunt coniuncti.⁶

Presbyteri ad populo inservendum vocati **unum presbyterium** cum suo Episcopo constituunt, diversis quidem officiis mancipatum.⁷ Proinde in qualibet dioecesi inter Episcopus et omnes presbyteros communio hierarchica exstat,⁸ quae eos arcte coniungit eosque efficit unam familiam, in qua pater est Episcopus.⁹

2. Intimam hanc communionem Concilium Oecumenicum Vaticanum II in diversis documentis explicavit ac illustravit atque ita signa temporum est interpretatum. In praesenti, enim, quandoquidem

tego”.¹ Ponieważ zaś posługa kapłańska może być wypełniana tylko we wspólnocie hierarchicznej całego Kościoła,² stąd „żaden prezbiter nie może oddzielnie i jakby pojedynczo wypełnić dostatecznie swej misji, lecz tylko wspólnymi siłami, razem z innymi prezbiterami pod przewodnictwem tych, którzy kierują Kościołem”.³

Biskupi zaś, którzy na mocy otrzymanej misji kanonicznej „kierują powierzonymi sobie poszczególnymi kościołami jako zastępcy i legaci Chrystusa”,⁴ by mogli właściwie wypełniać swój obowiązek kierowania częścią Ludu Bożego, dobierają sobie kapłanów jako niezbędnych pomocników.⁵ W wykonywaniu swojej misji kapłani są zależni od biskupów, z którymi związani są godnością kapłańską.⁶

Prezbiterzy, powołani do służenia ludowi Bożemu, stanowią ze swoim biskupem **jedno prezbiterium**, poświęcające się różnym powinnościom.⁷ Z tej to racji istnieje w każdej diecezji wspólnota hierarchiczna między biskupem i wszystkimi prezbiterami,⁸ która ich ściśle łączy oraz sprawia, że są jedną rodziną, gdzie ojcem jest biskup.⁹

2. Powszechny Sobór Watykański II w różnych dokumentach wyłożył i naświetlił tę wewnętrzną wspólnotę, odczytując w ten sposób znaki czasów. Obecnie bowiem, gdy i poczynania apostołskie wy-

¹ Decr. de Presbyt. ministerio et vita „*Presbyterorum ordinis*”, n. 1.

² Ibidem n. 15.

³ Ibidem n. 7.

⁴ Const. dogm. de Ecclesia „*Lumen gentium*”, n. 27.

⁵ Decr. de Presbyt. ministerio et vita „*Presbyterorum ordinis*”, n. 7.

⁶ Const. dogm. de Ecclesia „*Lumen gentium*”, n. 28.

⁷ Const. dogm. de Ecclesia „*Lumen gentium*”, n. 28; Decr. de Presbyt. ministerio et vita „*Presbyterorum ordinis*”, n. 8.

⁸ Decr. de Presbyt. ministerio et vita „*Presbyterorum ordinis*”, n. 7.

⁹ Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia „*Christus Dominus*”, n. 28.

et incepta apostolica omnium christifidelium vires integras atque unitas exquirunt, et tot tantaeque sunt aerumnae, quibus Ecclesia premitur, nemo est qui non videat sacrorum ministrorum unionem magnopere expostulari. Ex hac unione, sacramentaliter fundata, oriri debet unio cordium, quae nempe mutua innititur caritate.¹⁰ Solummodo ita nasci potest communis pastoralis actio, quae totam amplectitur dioecesim cunctaque eius problemata. Si et quatenus haec ad rem deducantur, sperare licet fore ut sacerdotes suam voluntatem consocient cum voluntate Episcopi, uberiorum et efficaciorum reddendo operam.

magają zespolenia wysiłków wszystkich chrześcijan i gdy tak liczne oraz wielkie są troski spoczywające na Kościele—każdy zdaje sobie dokładnie z tego sprawę jak bardzo potrzebna jest jedność świętych szafarzy. Z tej jedności posiadającej podstawę sakramentalną, winna się zrodzić jedność serc, złączonych wzajemną miłością.¹⁰ Tylko w ten sposób może powstać wspólna akcja duszpasterska obejmująca całą diecezję i wszystkie jej problemy. Jeżeli i na ile zostanie to zrealizowane, można będzie się spodziewać, że kapłani zespolą swoją wolę z wolą biskupa, ubogacając i czyniąc bardziej skuteczną swoją działalność.

Nowy organ doradcy Biskupa De novo coetu consultivo Episcopi

3. Legislatio canonica, particularem ecclesiarum gubernium respiciens, Episcopis semper assignabat quoddam organum consultivum, praecipue e presbyteris constans, quod audire aut eius consensum excipere in quibusdam negotiis maioris momenti Episcopi ipsi tenebantur. Nunc in Codice Iuris Canonici pro variis guberniis dioecesani necessitatibus varia exstant organa in adiutorium Episcopi, uti e. gr. dioecesana synodus, examinatores synodales, parochi consultores, Capitulum cathedrale seu Coetus Consultorum, Consilium administrationis dioecesanum etc.

Quod in superioribus saeculis simplex videbatur postulatam seu requisitum recti et sapientis gubernii, a Concilio Vaticano II, quod Ecclesiae naturam altius investigavit, theologice quoque illustratur.

3. Prawodawstwo kanoniczne dotyczące sprawy kierowania kościołami partykularnymi, wyznaczało zawsze biskupowi pewien organ doradczy, składający się głównie z prezbiterów, którego zdania musieli biskupi wysłuchać lub uzyskać jego zgodę w ważniejszych sprawach. Obecnie w Kodeksie Prawa Kanonicznego, zależnie od różnych potrzeb w zarządzaniu diecezją, przewiduje się różne organy pomocnicze dla biskupa, jak np. synod diecezjalny, egzaminatorów synodalnych, proboszczów konsultorów, kapitułę katedralną lub zespół konsultorów, diecezjalną radę administracyjną itp.

To, co w ubiegłych wiekach wydawało się tylko zwykłym postulatem czyli wymaganiami w zakresie słusznego i roztropnego zarządzania, zostało naświetlone również teologicznie przez Sobór Watykań-

¹⁰ Decr. de Presbyt. ministerio et vita „*Presbyterorum ordinis*”, n. 8.

Ecclesiae naturam altius investi-
inter Episcopum et suos presbyte-
ros adesse in ecclesia particulari
communione hierarchicam, vi cu-
ius Episcopus et presbyteri unum
idemque sacerdotium, unum idem-
que ministerium participant diver-
so utique gradu,¹¹ qui determinatur
per receptum Ordinem et per mis-
sionem canonicam. Hisce suppositis,
eadem Synodus, pro sua indole
pastorali, voluit ut haec unitas
missionis in bonum verteretur
dioecesis per quoddam novum or-
ganum consultivum his verbis:
„habeatur, modo hodiernis adiunc-
tis ac necessitatibus accommodato,
forma ac normis iure determinan-

dis, coetus seu senatus sacerdotum,
Praesbyterium representantium,
qui Episcopum in regimine dioece-
seos suis consiliis efficaciter adiu-
vare possit”.¹²

Quod Concilii Vaticani II votum
prosequutus Summus Pontifex
Paulus Pp. VI, per Litteras Ap.
„Ecclesiae Sanctae”, iussit ut in
unaquaque dioecesi constitueretur
memoratus coetus, qui Consilium
Presbyterale nuncupatur.¹³ Huius-
modi lex executiva, ad experi-
mentum lata, quoad modum Con-
silio componendi, eius competen-
tiam et functionem pauca tantum
statuit, eo nempe fine, ut evolu-
tioni novi organi consultivi neces-
sarium relinqueretur spatium.

ski II, który wniknął głębiej w na-
turę Kościoła. Poucza nas miano-
wicie Sobór, że między biskupem
i jego kapłanami istnieje w koś-
ciele partykularnym hierarchiczna
wspólnota, na mocy której biskup
i prezbiterzy uczestniczą w jednym
i tym samym kapłaństwie oraz
mają udział w tym samym posłu-
giwaniu, chociaż na różnym stop-
niu,¹¹ który jest określany przez
przyjęte święcenia i przez misję
kanoniczną. Czyniąc takie założe-
nia tenże Sobór, zgodnie ze swoim
charakterem duszpasterskim, wy-
raził życzenie, by ta jedność po-
słannictwa przyczyniła się do do-
bra diecezji przez nowy organ do-

radczy: „Niech mają (biskupi) radę
czyli senat kapłanów, reprezentu-
jących prezbiterium, który dosto-
sowany do dzisiejszych okoliczno-
ści i potrzeb, w formie i według
norm określonych w prawie, mógł-
by skutecznie wspierać biskupa
swymi radami w zarządzie diece-
zją”.¹²

Wypełniając wspomniane życze-
nie Soboru Watykańskiego II,
Ojciec św. Paweł VI, pismem Apo-
stolskim „Ecclesiae Sanctae” za-
rządził, by w każdej diecezji usta-
nowiono zespół, zwany Radą Ka-
płańską.¹³ To zarządzenie wyko-
nawcze, wydane na próbę, posta-
nowiło jedynie niewiele na temat
powołania Rady, jej kompetencji
i funkcjonowania. Chodziło bo-
wiem o to, ażeby przewidzieć od-
powiedni okres czasu konieczny
dla ukształtowania się nowego
organu.

¹¹ Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia „*Christus Dominus*”, n. 28;
Decr. de Presbyt. ministerio et vita „*Presbyterorum ordinis*”, n. 7.

¹² Decr. de Presbyt. ministerio et vita „*Presbyterorum ordinis*”, n. 7.

¹³ A. A. S. 58 (1966), pp. 776 sq.

Zebranie Plenarne Kongregacji Celebratio S. Congregatio Plenariae

4. A praefatae legis promulgatione tertio labente anno, S. Congregatio pro Clericis, cuius est invigilare Consiliis Presbyteralibus,¹⁴ circulares litteras die 15 ianuarii 1969 misit ad Praesides Conferentiarum Episcopaliū ad mentem ipsius legis,¹⁵ rogans ut Episcopi suas animadversiones adnotationesque de experimentis ad hoc novum organum quod spectat eidem S. Congregationi exhiberent. Cum vero responsiones, una cum Statutis Consiliorum, e provinciis ecclesiasticis iuris communis fere omnibus ad S. Congregationem pervenissent, idem S. Dicasterium, auditis suis Consultoribus, die 10 octobris 1969 Plenariam Congregationem habuit, ut de maioribus quaestionibus dicti coetus consultivi disceptaretur, cuius placita hec breviter enucleantur.

4. Gdy upływał trzeci rok od momentu promulgowania wspomnianego prawa, Kongregacja dla Spraw Duchowieństwa, do której należy troska o Rady Kapłańskie,¹⁴ przesała w dniu 15 stycznia 1969 r. — zgodnie z przepisem prawa¹⁵ — do Przewodniczącego Konferencji Biskupich pismo, prosząc, ażeby biskupi przedstawili Kongregacji swoje uwagi i spostrzeżenia dotyczące doświadczeń zdobytych odnośnie tego nowego organu. Skoro zaś prawie ze wszystkich prowincji kościelnych posiadających stałą organizację napłynęły odpowiedzi łącznie ze statutami Rad, wtedy omawiana Kongregacja — wysłuchawszy zdania własnych konsultorów — odbyła w dniu 10 października 1969 r. plenarną sesję, by rozważyć ważniejsze kwestie dotyczące Rady Kapłańskiej. Wnioski tej właśnie sesji są tutaj krótko naświetlone.

Obowiązek ustanowienia Rady Kapłańskiej De obligatione Consilium Presbyterale constituendi

5. Ex communione hierarchica, quae exstat inter Episcopum et presbyteros, necessario sequitur scopus et munus Consilii Presbyteralis quod quidem ipsam communionem aliquo modo institutionaliter manifestat. Quare institutio huiusmodi Consilii per Mp. „Ecclesiae Sanctae” in qualibet dioecesi peragenda obligatorie praescribitur.

Haec obligatio insuper temporibus est consentanea. Maxime enim est opportunum hodie atque utile,

5. Cel i zadania Rady Kapłańskiej wypływają w sposób konieczny ze wspólnoty hierarchicznej, jaka istnieje między biskupami i prezbiterami, Rada też wyraża ją w pewien sposób instytucjonalnie. Stąd M. p. „Ecclesiae Sanctae” nakazuje ustanowienie w każdej diecezji takiej Rady.

*.

Ponadto obowiązek ten jest postulowany przez współczesne warunki. Dziś bowiem jest rzeczą jak

¹⁴ Const. Ap. „*Regimini Ecclesiae Universae*”, n. 68; A. A. S. 59 (1967), p. 68.

¹⁵ Motu proprio „*Ecclesiae Sanctae*”, Proemium.

ut inter Episcopum et presbyteros instituat^r organum communis colloquii seu dialogi. Quae utilitas iam apparet ex permultis responsionibus Episcoporum ad S. Congregationem missis: nam contactus cum sacerdotibus fit facili^o; melius cognoscuntur eorum mentes et optata; accuratiores deinde hauriri possunt informationes de statu rerum in dioecesi; mutuae experientiae opportunius communicantur; necessitudines pastorum et gregis Dei evidentius apparent; cohaerenter suscipiuntur incepta apostolica adiunctis hodiernis accommodata; in communi labore demum adaequate solvuntur vel, saltem, explicantur difficultates.

najbardziej odpowiednią i pożyteczną, by został ustanowiony (powołany) organ wspólnego dialogu. Jego użyteczność wypływa z bardzo licznych odpowiedzi nadesłanych do Kongregacji przez biskupów. A więc ułatwiony jest kontakt z kapłanami; łatwiej można poznać ich myśli i życzenia; następnie można uzyskać dokładniejsze dane dotyczące życia diecezji; zostaje ułatwione przekazywanie wzajemnych doświadczeń; dokładniej ujawniają się potrzeby pasterzy i Bożej owczarni; zgodnie podejmuje się poczynania apostolskie dostosowane do współczesnych warunków. Wreszcie wspólnym wysiłkiem są odpowiednio rozwiązywane lub przynajmniej naświetlane trudności na jakie się dziś napotyka.

Struktura Rady Kapłańskiej De Consilio Presbyteralis compositione

6. Concilium Presbyterale totum dioecesis Presbyterium exprimat oportet. Quod requisitum, iuxta Episcoporum et Plenariae Patrum sententiam eo perfectius obtinetur quo plenius presbyterorum opiniones et experimenta conferantur. Quare indoles repraesentativa Consilii efficitur, si in sinu eiusdem, quantum fieri potest, repraesentantur: a) varia ministeria (parochi, cooperatores, cappellani, etc.); b) regiones seu pastorales dioecesis zonae; c) variae sacerdotum aetates seu generationes. Si quaedam in Consilio ita componendo difficultas exoritur, praeferenda videtur repraesentatio proportionata per praecipua sacerdotum ministeria.

6. Rada Kapłańska powinna reprezentować całe prezbiterium diecezji. Zgodnie z opinią biskupów i ojców sesji plenarnej postulat ten będzie tym doskonalej realizowany im pełniej stają się osiągalne opinie i doświadczenia prezbiterów. Stąd Rada Kapłańska wtedy osiąga charakter reprezentatywny, jeżeli — na ile to możliwe — reprezentuje: a) różne posługi (proboszczowie, wikariusze, współpracownicy, duszpasterze emigrantów itd.); b) regiony czyli okręgi (strefy) duszpasterskie diecezji; c) poszczególne generacje kapłanów. Gdyby zaistniała pewna trudność w uwzględnieniu wszystkich podanych powyżej kryteriów, wtedy wydaje się rzeczą bardziej wskazaną mieć na uwadze ważniejsze posługi wypełniane przez kapłanów.

Religiosi quoque, qui curam ani-

Na członków Rady Kapłańskiej

marum in dioecesi exercent vel operibus apostolatus sese dedicant sub iurisdictione Episcopi, inter membra Consilii cooptari poterunt.¹⁶

7. Consilii sodales designandi ratio commissa est Episcopis.¹⁷ II vero, uti ex ipsorum responsionibus patet, consensu fere unanimo statuerunt ut notabilis sodalium pars eligeretur libero sacerdotum suffragio. Patribus autem Plenariae placuit propositum ut maior pars sodalium seligeretur per suffragium omnium sacerdotum.¹⁸

Ceteri autem sodales designantur directe ab Episcopo aut ipso facto declarantur sodales ut officium quod gerunt (e. gr. Vicarius Generalis, Rector Seminarii etc.) repraesentent in Consilio.

Haec compositio ex membris nempe electis a sacerdotibus, nominatis ab Episcopo, natis seu designatis ratione officii, dum una ex parte fiduciam alit sacerdotum qui sese praesentes sentiunt in Consilio, alia ex parte securitatem tribuit Episcopo ad servandum aequilibrium et possibilitatem praebet indolem repraesentativam eiusdem Consilii aliquando melius exprimentendi.

mogą być powoływani także zakonnicy zatrudnieni na terenie diecezji w duszpasterstwie lub wypełniający dzieła apostolatu pod jurysdykcją biskupa.¹⁶

7. Sposób powołania członków Rady Kapłańskiej pozostawiony jest uznaniu biskupów.¹⁷ Jednakże, jak wynika z nadesłanych przez biskupów odpowiedzi, wszyscy prawie jednomyślnie postanowili ażeby znaczna część członków była wybierana w wolnym głosowaniu przez kapłanów. Ojcowie zebrania plenarnego Kongregacji zawzięci wniosek, ażeby większa część członków była wybierana przez wszystkich kapłanów.¹⁸

Pozostali członkowie powinni być mianowani bezpośrednio przez biskupa. Można też ewentualnie przewidzieć, że pewne stanowiska są za każdym razem reprezentowane w Radzie Kapłańskiej (np. Wikariusz Generalny, Rector Seminarium, itd.).

Przyjęcie zasady, że część członków jest wybierana przez kapłanów, a część mianowana przez biskupa ewentualnie określana z racji urzędu, wzbudza z jednej strony zaufanie ze strony kapłanów, którzy mają świadomość swej obecności w Radzie, a z drugiej strony daje biskupowi możliwość zachowania pewnej równowagi oraz stwarza niejednokrotnie możliwość doskonalszego ujawnienia reprezentatywności Rady Kapłańskiej.

¹⁶ Motu proprio „*Ecclesiae Sanctae*”, I, 16, § 2.

¹⁷ Ibidem I, 15, § 1.

¹⁸ Statuta Consilii ab Episcopo approbata praescribant oportet modum procedendi in electione, ad analogiam canonum 160 et sq. necnon can. 2294 Codicis Iuris Canonici.

Kompetencja Rady Kapłańskiej De Competentia consilii Presbyteralis

8. Competentia Consilii Presbyteralis est Episcopo assistere consiliis in regimine dioecesis. Quare quaestiones maioris momenti, quae sive ad sanctificationem fidelium sive ad doctrinam ipsis tradendam, sive ad moderamen dioecesis in genere spectant, pertractantur a Consilio, si nempe Episcopus eas proponat vel saltem admittat pertractandas. In proponenda aut admitenda quaestione Episcopus sollicitus erit de observandis Ecclesiae legibus universalibus.

Consilium, quatenus totum repraesentat dioecesis Presbyterium, ad bonum eiusdem dioecesis promovendum institutum est; omnes igitur quaestiones, et non solum quae ad vitam presbyterorum spectant, rite admissae tractari possunt a Consilio, et quidem uti argumenta ministerii sacerdotalis, quod nempe ipsi in favorem communitatis ecclesiasticae impendunt.

Consilii est, in genere, normas forte condendas suadere, quaestiones principii proponere; non vero de illis quaestionibus agere, quae natura sua modum procedendi discretum exigunt, ut accedit e. gr. in officiorum collationibus.

8. Do kompetencji Rady Kapłańskiej należy służyć biskupowi radą w kierowaniu diecezją. Jeżeli zatem biskup przedstawi Radzie lub przynajmniej zgodzi się na rozpatrzenie przez nią — wtedy Rada Kapłańska rozważa ważniejsze sprawy dotyczące uświęcenia wiernych, nauczania ich, czy też ogólnego zarządu diecezją. W zakresie przedstawiania lub dopuszczania jakiejś sprawy zatroszczy się biskup o zachowanie przepisów powszechnych prawa kościelnego.

Ponieważ Rada Kapłańska reprezentuje całe Prezbiterium diecezji, stąd jest powołana dla dobra całej diecezji. Wszystkie zatem sprawy, a więc nie tylko te, które dotyczą życia prezbiterów, mogą być rozpatrywane przez Radę, o ile zostały jej prawnie powierzone — i to jako tematy dotyczące kapłańskiego posługiwania, które prezbiterzy podejmują dla pożytku całej wspólnoty kościelnej.

Ogólnie rzecz biorąc Rada może ewentualnie doradzać wydanie pewnych norm, lub przedstawiać sprawy związane z zarządem (diecezji). Nie powinna zaś zabierać głosu w tych sprawach, które z natury swej wymagają dyskrecji w załatwianiu, jak np. nadawanie urzędów.

Charakter głosu doradczego Rady Kapłańskiej De indole consultiva Consilii Presbyteralis

9. Consilium Presbyterale est organum consultivum peculiare. Consultivum dicitur, quia voto deliberativo non gaudet; ideoque eisdem non competit decisiones ferre quae Episcopum obstringant, nisi ius universale Ecclesiae aliter providerit vel Episcopus in singulis

9. Rada Kapłańska jest organem doradczym szczególnego rodzaju. Nazywa się organem doradczym, ponieważ nie posiada głosu decydującego. Nie przysługuje jej przeto uprawnienie wydawania decyzji, które by wiązały biskupa, chyba że co innego postanowi prawo

casibus vocem deliberativam Consilio tribuere opportunum censuerit. Affirmatur vero organum consultiuum peculiare, quia natura sua et suo procedendi modo inter alia organa eiusdem generis eminet.

Consilium enim nostrum, communionis hierarchicae signum, natura sua exigit ut consilia pro bono dioecesis ineantur, una cum Episcopo et numquam sine eo, scilicet communi Episcopi et sodalium labore. Hic enim modus requiritur a Vaticano II¹⁹ et inculcatur verbis Mp. „Ecclesiae Sanctae”: „In hoc Consilio Episcopus sacerdotes suos audiat, consulat et cum eis colloquatur de iis quae ad necessitates operis pastoralis et bonum dioecesis spectant”.²⁰

Commune hoc studium, quo nempe de quaestionibus communicantur opiniones et notitiae, exponuntur necessitates pastorales, penduntur argumenta et proponuntur vota, ab utraque parte postulat ut animi apte parati sint atque intima conversione in humilitate et patientia exornati.

Quo labore communi peracto, decisio iam spectat ad Episcopum qui responsabilitate personali tenetur erga portionem populi Dei sibi commissam,²¹ ideoque responsabilitas Episcopi navitate Consilii adiuvatur, minime substituitur.

10. Hisce considerationibus permoti Patres Congregationis Plena-

powszechnie Kościoła lub biskup uznają za wskazane przyznać Radzie w poszczególnych wypadkach głos decydujący. Stwierdza się jednak, że jest to organ doradczy o szczególnym charakterze, ponieważ z natury swojej i ze względu na procedurę przewyższa inne organy tego samego rodzaju.

Omawiana bowiem Rada, będąc wyrazem wspólnoty hierarchicznej, domaga się z natury swojej, by jej działalność miała na uwadze dobro całej diecezji i podejmowana była w zgodności (łączności) z biskupem, nigdy zaś bez niego, a więc ma być owocem wspólnego wysiłku biskupa i członków Rady. Tego bowiem domaga się Sobór Watykański II¹⁹ i to również przypomina M. p. „Ecclesiae Sanctae”: „Poprzez tę Radę niech biskup wysłucha swoich kapłanów, radzi się ich i z nimi rozmawia o tych sprawach, które dotyczą potrzeb duszpasterstwa i dobra diecezji”.²⁰

Takie wspólne studium, na którym mianowicie komunikuje się opinie i stwierdzenia odnośnie pewnych problemów, przedstawia potrzeby duszpasterskie, rozważa tematy i zgłasza wnioski — domaga się od obydwu stron odpowiedniego nastawienia wewnętrznego oraz ducha pokory i cierpliwości.

Po wykonaniu takiej wspólnej pracy, decyzja należy do biskupa, który ma osobistą odpowiedzialność za część powierzonych sobie ludu Bożego.²¹ Tak więc działalność Rady może jedynie wesprzeć odpowiedzialność biskupa, nigdy zaś nie może jej przejąć.

10. Mając na uwadze powyższe stwierdzenia, Ojcowie Kongregacji

¹⁹ Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia „Christus Dominus”, n. 28.

²⁰ Motu proprio „Ecclesiae Sanctae”, I, 15, § 1.

²¹ Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia „Christus Dominus”, n. 11; Const. dogm. de Ecclesia „Lumen gentium”, n. 23.

riae hanc manifestarunt sententiam titulum nempe et munus „senatus Episcopi in regimine dioecesis” uni Consilio Presbyterali competere.

Relate vero ad antiquum senatum Episcopi, id est ad Capitulum cathedralis ubi existit, et Coetum Consultorum ubi habetur, iidem Patres normae steterunt Mp. „Ecclesiae Sanctae” quo scilicet praescribitur ut eadem instituta proprium munus propriamque competentiam servant, donec recognoscantur.²²

Cum autem rerum adiuncta, quae evolutionem historicam Capitulum cathedralium respiciunt, varia sint secundum varias Ecclesiae regiones, quoad recognitionem Capituli cathedralis et quoad reformationem vel confirmationem Coetus Consultorum singulae Conferentiae Episcopales sua parant vota.

Interea, donec Codex Iuris Canonici recognoscatur, Consilium Presbyterale vacante Episcopi sede cessat.²³ Ideo Capitulum cathedralis aut Coetus Consultorum, nisi Sancta Sedes aliter providerit, Vicarium Capitularium constituit ad normam canonum 429—444 et 427 Codicis Iuris Canonici, qui in vigore manent.

Plenarnej wyrazili zdanie, że tytuł i zadania „senatu Biskupa w zarządzie diecezją” przysługuje jedynie Radzie Kapłańskiej.

Odnosnie zaś dawnego senatu Biskupa tj. kapituły katedralnej, tam (gdzie ona istnieje) i zespołu konsultorów (tam, gdzie on działa), ci sami ojcowie potwierdzili zasady podane w M. p. „Ecclesiae Sanctae”, a więc wspomniane instytucje zachowują swoje zadanie i dotychczasową kompetencję, dopóki nie zostaną zreformowane.²²

Ponieważ zależnie od różnych regionów Kościoła różne są okoliczności, które kształtowały historyczny rozwój kapituł katedralnych, stąd gdy idzie o reformę kapituły katedralnej lub reformę czy zatrzymanie (potwierdzenie) zespołu konsultorów, poszczególne Konferencje Biskupie przygotowują swoje wnioski w tej sprawie.

Na razie, a więc do czasu odnowienia Kodeksu Prawa Kanonicznego, Rada Kapłańska kończy swoją kadencję z chwilą zawakowania stolicy biskupiej.²³ Z tej też racji — o ile Stolica Ap. inaczej nie zarządzi — kapituła katedralna lub zespół konsultorów ustanawia wikariusza kapitulnego, zgodnie z przepisami kanonów 429—444 i 427 Kodeksu Prawa Kanonicznego, które zachowują swoją moc prawną.

Wnioski Conclusiones

I. Quibus omnibus praehabitis, Sacra haec Congregatio pro Clericis enixe rogat et urget:

I. Uwzględniając to wszystko Kongregacja dla Spraw Duchowieństwa prosi i zaleca:

²² I, 17, § 2.

²³ Motu proprio „Ecclesiae Sanctae”, I, 15, §4; „nisi in peculiaribus adiunctis a Sancta Sede recognoscendis Vicarius Capitularis vel Administrator Apostolicus illud confirmet”. Cfr. quoque Const. Ap. „Regimini Ecclesiae Universae”, n. 68, § 4.

a) ubi adhuc desideratur quamprimum instituatür Consilium Presbyterale eique titulus ac munus competant Senatüs Episcopö; b) quodlibet Consilium Presbyterale propria paret statuta ab Episcopo approbanda, ratione habitae eorum, quae praesentibus litteris indicata sunt.

II. Cum vero expediat ut Episcopi in Conferentiis adunati in quaestionibus Consilium Presbyterale spectantibus communia capiant consilia²⁴ eadem S. Congregatio humaniter petit:

a) quaestiones maioris momenti in Consilio Presbyterali tractandae a Conferentia Episcopali suggerantur;

b) item normae de modo procedendi in Consiliis Presbyteralibus, de periodicitate coetuum, de cooperatione cum aliis coetibus consultivis habenda, de relatione Consilii cum universis dioecesis sacerdotibus fovenda, a Conferentia Episcopali opportune proponantur.

III. Demum instat Sacra haec Congregatio ut quaelibet Conferentia Episcopalis votum suum ad Capitulum cathedrale et ad Coetum Consultorum quod attinet, uti supra in n. 10, eidem S. Congregationi exhibere faveat infra diem 31 decembris 1970.

Per praesentes Litteras hoc Sacrum Dicasterium indicare intendit principia ac criteria generaliora, quae ex consultatione Conferentiarum Episcopaliarum et Patrum disceptatione profluxerunt quaeque Episcopos adjuvare poterunt in eorum gravi munere exsequendo, quod ad constitutionem et agendi rationem Consiliorum Presbyteralium attinet. Confiditur igitur Con-

a) ustanowienie jak najszybciej Rady Kapłańskiej (tam gdzie jej jeszcze nie ma) i przyznanie jej tytułu i zadania Senatowi biskupiemu;

b) każda Rada Kapłańska powinna przygotować własne statuty, które podlegają zatwierdzeniu ze strony biskupa. Należy przy tym mieć na uwadze wskazania zawarte w obecnym dokumencie.

II. Ponieważ jest rzeczą wskazaną, ażeby biskupi zebrani na Konferencji podjęli wspólne uchwały²⁴ co do spraw związanych z Radą Kapłańską, Kongregacja uprzejmie prosi:

a) by Konferencja Biskupia proponowała ważniejsze sprawy, jakie powinny być rozpatrywane przez Radę Kapłańską;

b) by Konferencja Biskupia proponowała również normy dotyczące sposobu działania Rady Kapłańskiej, częstotliwości zebrań, nawiązania współpracy z innymi organami doradczymi, utrzymywania kontaktów przez Radę ze wszystkimi kapłanami diecezji.

III. Wreszcie Kongregacja prosi, by każda Konferencja Biskupia przesłała do niej w terminie do dnia 31 grudnia 1970 r. wnioski na temat kapituły katedralnej i zespołu konsultorów, zgodnie z postanowieniem zawartym w n. 10.

Przez wydanie niniejszego dokumentu Kongregacja pragnie wskazać bardziej ogólne zasady i kryteria, które są owocem konsultacji z Konferencjami Biskupimi i narady Ojców (zebrania plenarnego), a które będą mogły stać się pomocą dla biskupów w wypełnieniu przez nich poważnego obowiązku w zakresie ustanowienia i sposobu działania Rad Ka-

²⁴ Motu proprio „*Ecclesiae Sanctae*”, I, 17, § 1.

ferentias Episcopales de experientis his super rebus hanc Sacram Congregationem certiore reddere velle, ut earundem experientiarum debita ratio habeatur in altera Congregatione Plenaria forte celebranda antequam novus Codex Iuris Canonici edatur.

Datum Romae, die 11 aprilis 1970 in memoria S. Leonis Magni, Papae et Ecclesiae Doctoris.

ślańskich. Kongregacja spodziewa się, że Konferencje Biskupie zechcą ją powiadomić o zdobytych na tym odcinku doświadczeniach, ażeby można było wykorzystać je na drugim zebraniu plenarnym, jakie odbędzie się jeszcze przed wydaniem nowego Kodeksu Prawa Kanonicznego.

Dan w Rzymie, dnia 11 kwietnia 1970 roku, we wspomnienie św. Leona W., Papieża i Doktora Kościoła.

Ioannes Card. WRIGHT, Praefectus
† Petrus Palazzini, a Secretis

71.

DEKRET KONGREGACJI BISKUPÓW przyznający pewne uprawnienia i łaski dla Ameryki Łacińskiej i Filipin

DECRETUM De facultatibus et gratiis pro America Latina et pro Insulis Philippinis (AAS 62(1970)120—122)

Romani Pontifices, quoadmodum de universali Ecclesiae prosperitate ita et de particularium Ecclesiarum utilitate apprime solliciti, diligenter consuluerunt, ut Sacro- rum Antistitibus aequiore ratione ea privilegiorum et facultatum summa agnosceretur, quibus pastoralia munia efficacius expeditiusque obire valerent.

Hac sane ratione ductus, Leo XIII, fel. rec., iam anno 1897 Ordinariis locorum Americae Latinae, in utilitatem tum sacerdotum tum christifidelium, peculiaria privilegia et gratias concessit, quae, in Indicem redacta, eiusdem in Petri cathedra Successores, ad Insulas quoque Philippinas extensa, usque ad integrum annum 1969 benigne prorogarunt.

Cum autem hoc anno exeunte, Ordinarii locorum quos supra com-

Biskupi rzymscy, troszcząc się pilnie zarówno o rozwój Kościoła powszechnego, jak i o dobro kościołów partykularnych, gorliwie zabiegali o przyznawanie biskupom przywilejów i uprawnień w ten sposób, by mogli skuteczniej i bardziej sprawnie wypełnić swoje obowiązki pasterskie.

To właśnie mając na uwadze, ś.p. Leon XIII udzielił już w roku 1897 ordynariuszom miejsca Ameryki Łacińskiej specjalnych przywilejów i łask, biorąc pod uwagę pożytek zarówno kapłanów jak i wiernych. Zostały one ujęte w specjalny wykaz, a następcy Leona XIII, po rozciągnięciu ich także na wyspy Filipińskie, przedłużali ich ważność aż do końca 1969 r.

Gdy pod koniec tego roku wspomniani wyżej ordynariusze